Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67011-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67011-p0002-6

RECTOR ACADEMIÆ
LIPSIENSIS.

OPtaremus, ut tandem ejusmodi triſtibus defungi liceret officiis; ſed optabimus fruſtrâ: Nondum enim lacrimarum videmus finem, ſed ut in reliquis familiis, ita quoque in ROMANâ nominatiſſimâ cernimus funera cumulari funeribus, adeò, ut cùm vix ab initio præſentis anni ſorori Romanæ exequias ſolverimus, iterum alteri, & quidem tertiæ in conſpectu Parentum exequias debeamus. Non autem adeò movetur hac funerum multitudine Nobiliſsimus, Magnificus & Ampliſsimus Vir, Dn. FRANCISCUS ROMANUS *Muckershuſius* in Braunſchwigk / *JCtus*, *Sereniſſimi Saxoniæ Septemviri Conſiliarius, Curiæ ſupremæ Aſſeſſor, Decretalium Profeſſor, Juridicæ Facultatis Ordinarius, Eccleſiæ Martisburgenſis Canonicus & Academiæ Decemvir*, &c. Collega noſter emeritus, nunquam non honorandus, quin potiùs â divina manu & *bona* ſuſcepit, & *mala*, *ſi funera noſtrorum mala ſunt nominanda*, promptè ſuſtinuit. Viditis ipſe Magnificus Vir, undecim liberorum pignora florentiſsima, quæ, Dei gratiâ, quatuor exceptis junioribus, adhuc majora in ſpe expectantibus, & ad ſummos honorum gradus pervenêre, & Viris non infimæ ſortis, ſed Ampliſsimis, Eximiis, ac Doctiſsimis felici aſpectu matrimonio juncta fuêre. Sed vidit etiam, eodem tamen affectu, & liberorum funera numero plurima, unius filii, duorum generorum, trium filiarum, ac plurimorum nepotum neptiumque, in quibus verè ROMANI id eſt heroici ac virilis animi adverſus omnes fortunæ inſultus infracti argumenta nemini non ad oculum monſtravit. Pro certo ſiquidem habuit, liberos illos omnes infinita effugiſſe mala, quæ cùm aliunde, tùm inprimis impiis à militibus ſexui præſertim fœmineo imminent. Novit liberos ſuos morte abreptos omnium in moleſtiarum immunitate, malorum quiete ac fine nunc vivere & tripudiare: Novit etiam ſe liberis non longiùs abfuturum; Cùm omnes ſani ac ægri, ſenes ac Juvenes citato curſu eandem tandem ad metam properent. Ita priorum in exemplum ac juſtorum nec lætis ſuperbiens ſeſe extulit, nec in tribulationum turbinibus concuſſus aut proſtratus jacuit Ordinarius noſter, ſed τετράγωνος ἀνὴρ, veluti arbor, non quæ aperto campo ac patulo conſita eſt, & ad primam eamque minimam ejicitur procellam; ſed quæ altas egit radices, & profundas extendit propagines, licet in frondes ac ramos venti tribulationum undiq; graſſentur, quos tamen immotè perſiſtens, exſibilat, permanſit. Eundem ergo non immeritò *cum Val. Flacco, lib. 5.* ita alloquimur:

Surge age, & in duris haud unquam deſice: cœlo
Mox aderis, teq; aſtra ferent.

Simili autem affectu & hodiernum filiæ dilectiſsimæ MARIÆ, fœminæ honoratiſsimæ, Conſultiſsimi & Doctiſsimi Viri, Dn. DANIELIS ZANGERI, J.U.D. & Conſiſtorii Electoralis hîc Advocati, Juriumque Practici, Uxoris funus proſequitur, Cui etjam ut affectum noſtrum ob merita in Academiam multifaria ulteriùs conteſtemur, ea, quæ pro more hîc recepto, pientiſsimæ fœminæ honori ſupremo dicari poterunt, breviter commemorabimus. Nata eſt autem ἡ μακαρίτις hîc apud nos Lipſiæ, anno poſt natam ſalutem, ſupra ſeſquimilleſimum, nonageſimo tertio, die Maii decimo octavo, à Parente ſuprâ laudato Magnifico, Dn. FRANCISCO ROMANO, Ordinario, à meritis in publicum extantibus nominatiſsimo, & viro demerendis hominibus genito; & matronâ vitæ ac virtutis laude cumulatiſſimâ, MARGARETA, Spectatiſsimi quondam ac prudentiſsimi Viri, Dn. FRIDERICI ab Aecht aliis Backofen dicti, Senatoris Lipſenſis filiâ, matre. A quorum parentum genere ac genio Noſtra ne latum deflexit unguem, ſed quamprimùm ad Baptiſmatis regenerationem promota, & ex eo ad veram pietatem, omniaq; Chriſtianarum virtutum exercitia fuit formata, in id unicè erat intenta, quò lectione, *non Amadæi*, ſed ſacrarum literarum, precum & hymnorum repetitione inſignis virtutum ac probæ frugis ſpecimina in ætate tàm primævâ quàm grandiuſculâ exhibere poſſet. Dehinc inſpectioni rei familiaris etiam adhibita fuit, ad annum uſque Chriſti cIↃ IↃ CXI, quo ipſo matura connubio, voto parentum marito ſuo nunc mæſtiſsimo, Dn. D. DANIELI ZANGERO, deſponſata & matrimonio juncta fuit, quo cum etiam piè & pacatè vixit, mater Dei benedictione facta liberorum ſex utriuſque ſexûs, de quibus ſuperſtites quinq; funus miſerabili ejulatu proſequuntur, pia educationis maternæ ſtudia deſiderantes. Aliàs elogium piè defuncta inſignis meruit apud omnes pietatis, utpote, quæ ex animo ad verbi divini prædicationem & ſacram acceſsit Synaxin, quæ etiam horarum publicis precibus pœnitentialibus deſtinatarum curioſa fuit, ac ſuos ſimiliter eò adduxit, nec domi Scholas neglexit ſacras, quin potiùs liberos in Bibliorum lectione, meditationibus devotis, ac Sacris cantilenis quotidiè exercuit. In converſatione placido ac quieto fuit ſpiritu, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές, qui in oculis Dei magnifica ac ſumptuoſa res eſt, *teſtante Petro piarum matronarum officia priori in Epiſtola cap. 4. deſcribente*; Sedulitatem item in œconomiæ ſuæ gubernatione præſtitit modeſtè & ὑποταγὴν πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα, obſervantiam ſuo marito debitam nunquam ſubtraxit, minimè proximi negligens curam, ſed eundem pro rerum ſuarum conditionibus promovit benignè. Superiori die Sabbathi veſperi poſt octavam, inſignem viriumdebilitationem à ſubito algore & incenſo æſtu profectam perſenſit, ubi quamprimum Medici opem & auxilium diligenter imploravit. Cùm verò adhibita eam in rem medicamenta omnem ſpem fruſtrarent, nihil priùs habuit, quàm ut XXVI. hujus Menſis circa VI. veſpertinam aſſumto ſalutari corporis & ſanguinis JESU Chriſti ἐφοδίῳ domuitionem ſibi pararet; precibus ergo piiſsimis, dictis item & hymnis ſacris divinæ voluntati ſe totam commiſit, itaq; verâ in fide & ardenti invocatione heſterno die poſt ſeptimam matutinam, cùm ætatis annum XXXIX. & menſes attigiſſet duos, dieſq; novem, Spiritum Servatori ſuo reddidit; qui circumfuſus jam luce cœleſti Dei & Angelorum, mentiumque beatarum jucundiſsimo fruitur aſpectu. Corpus verò hodie horâ I. terræ matri ſuæ iterum mandabitur. Quo tempore ut Cives Academici frequentes in funus eant, hocq; ultimum honoris officium, & defunctæ Magnifico Dn. Parenti meritiſsimo, & marito ſuperſtiti, totique familiæ eminentiſsimæ præſtent, volumus ac mandamus. PP. XXVIII. M. Auguſti, Anno Chriſti cIↃ IↃ cXXXII.

LIPSIÆ, Typis Hæredum Abrahami Lambergii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67011-p0005-2

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

OPtaremus, ut tandem ejusmodi triſtibus defungi liceret officiis; ſed optabimus fruſtrâ: Nondum enim lacrimarum videmus finem, ſed ut in reliquis familiis, ita quoque in ROMANÂ nominatiſſimâ cernimus funera cumulari funeribus, adeò, ut cùm vix ab initio præſentis anni ſorori Romanæ exequias ſolverimus, iterum alteri, & quidem tertiæ in conſpectu Parentum exequias debea- [illegible] & Ampliſsimus Vir, [illegible] Sereniſsimi Saxoniæ [illegible] Ordinarius, Eccleſiæ quin potiùs [illegible] m non honorandus, undecim li[illegible] ipſe Magnificus Vir, ſummos ho[illegible] pectantibus, & ad juncta fuêr[illegible] ſpectu matrimonio filiarum, ac[illegible] generorum, trium tunæ inſult[illegible] dverſus omnes for- fugiſſe mala[illegible] s omnes infinita ef- abreptos omnium in moleſtiarum immunitate, malorum quiete ac fine nunc vivere & tripudiare: Novit liberos ſuos morte giùs abfuturum; Cùm omnes ſani ac ægri, ſenes ac Juvenes citato curſu eandem tandem ad metam properent. Novit etiam ſe liberis non lon- exemplum ac juſtorum nec lætis ſuperbiens ſeſe extulit, nec in tribulationum turbinibus concuſſus aut proſtratus jacuit Ordinarius noſter, ſed πλεάγων© ἀνὴρ, veluti arbor, non quæ aperto campo ac patulo conſita eſt, & ad primam eamque minimam ejicitur procellam; ſed quæ altas egit radices, & profundas extendit propagines, licet in frondes ac ramos venti tribularionum undiq; graſſentur, quos tamen immotè perſiſtens, exſibilat, permanſit. Ita priorum in Eundem ergo non immeritò *cum Val. Flacco, lib. 5.* ita alloquimur:

> *Surge age, & in duris haud unquam deſice: cœlo*
> *Mox aderis, teq; aſtra ferent.*

Simili autem affectu & hodiernum filiæ dilectiſsimæ MARIÆ, fœminæ honoratiſsimæ, Conſultiſsimi & Doctiſsimi Viri, Dn. DANIELIS ZANGERI, J.U.D. & Conſiſtorii Electoralis hîc Advocati, Juriumque Practici, Uxoris funus proſequitur, Cui etjam ut affectum noſtrum ob merita in Academiam multifaria ulteriùs conteſtemur, ea, quæ pro more hîc recepto, pientiſsimæ fœminæ honori ſupremo dicari poterunt, breviter commemorabimus. Nata eſt autem ἡ μακαρίτις hîc apud nos Lipſiæ, anno poſt natam ſalutem, ſupra ſeſquimillesimum, nonageſimo tertio, die Maii decimo octavo, à Parente ſuprâ laudato Magnifico, Dn. FRANCISCO ROMANO, Ordinario, à meritis in publicum extantibus nominatiſsimo, & viro demerendis hominibus genito: & matronâ vitæ ac virtutis laude cumulatiſſimâ, MARGARETA, Spectatiſsimi quondam ac prudentiſsimi Viri, Dn. FRIDERICI ab Aecht aliis Backofen dicti, Senatoris Lipſenſis filiâ, matre. A quorum parentum genere ac genio Noſtra ne latum deflexit unguem, ſed quamprimùm ad Baptiſmatis regenerationem promota, & ex eo ad veram pietatem, omniaq; Chriſtianarum virtutum exercitia fuit formata, in id unicè erat intenta, quò lectione, *non Amadei*, ſed ſacrarum literarum, precum & [illegible]